



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Praxis Fori Pœnitentialis Ad Institvtionem Confessarii De Iis, Qvæ Pertinent
Ad Divini Officii Svimvniarito obeunda: Tertiæ Partis Tomvs Secvndvs. De
Speciali Ratione Ivdicandi De Peccatis Secvndvm ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78477)



PRAXIS FORI
P O E N I T E N T I A L I S
A D I N S T I T U T I O N E M

CONFESSARII DE IIS, QUÆ PER-
TINENT AD DIVINI OFFICII SVI MVNDA
ritu obeunda:

TERTIÆ PARTIS TOMVS SECVNDVS.

DE SPECIALI RATIONE
IUDICANDI DE PECCATIS, SECVNDVM
practicam Theologiam moralem.

Authore P. VALERIO REGINALDO Burgundo Sequano, è Societate IESV:

P R O O E M I V M.

SPECIALIS ratio iudicandi de peccatis secundum practicam Theologiam moralem consistit in præceptis declinandi à malo, & faciendi bonum. Nam ex his iudicatur de illis, sicut ex regulis grammaticæ de solæcismis: quoniam illa, horum transgressione committuntur, sicut solæcismi transgressione præceptorum Grammatices. Sic autem procedamus in eadem ratione tradenda, vt communia præceptis præmittamus quantum sufficere potest ad nostrum institutum; iis quæ reuocantur à præceptis relictis Theologorum Scholasticorum: Speculari. Propria vero persequemur reuocando illa ad decem Decalogi præcepta, tanquam ad primaria capita & principio, ex quibus tanquam conclusiones deducuntur: prout declaratum est in præced. lib. 13. cap. 4. sect. 2. additisque in complementum iis quæ ad contractus ciuiles pertinent; in quibus peculiaris quædam ratio iudicandi de peccatis inuenitur, quæ ob prolixitatem nimiam, non potest permixta aliis, commode tradi. Itaque tomus hic complectitur decem libros, quorum primus continebit specialem rationem iudicandi de peccatis, respectu habito ad præceptum in communi, per explicationem eorum quæ ad illud pertinent. Secundus vero, iudicandi habito respectu ad 1. Decalogi præceptum. Tertius, habito respectu ad 2. Quartus, habito respectu ad 3. Quintus, habito respectu ad 4. Sextus respectu ad 5. Septimus, habito respectu ad 6. & 9. Octauus, habito respectu ad 7. & 10. Nonus, habito respectu ad 8. explicatione pertinentium tum ad eadem præcepta, tum ad alia quæ ad ipsa reuocantur. Decimus, habito respectu ad ciuiles contractus, docendo qui sint & qui non sint liciti. Ratio autem iudicandi ex iis, quæ propria sunt diuersorum statuum, commode potest aliis permixta tradi, siue in hoc ipso tomo, siue in sequenti.